

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Hinckelmann Daniel Drenchanus

**De Anabaptismo Disputatio Elenctica Secunda Complectens Sectae
Anabaptisticae Errores refutatos in loco De Deo Triuno**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737663138>

Druck Freier  Zugang



P. Kinkelmann.
R. U. theol. 1613.

| | | |
|------|--|------|
| (1) | Joh. Hallerius, De SS. scriptura | 1613 |
| (2) | D. Davenant, De Deo trinitate | 1613 |
| (3) | N. Waltherius, De Persona Christi | 1613 |
| (4) | M. Strikius, De baptismo | 1613 |
| (5) | F. Taurianus, De cena domini | 1613 |
| (6) | A. Friderici, De peccato originali | 1613 |
| (7) | J. Blaekenszey, De ecclesia | 1613 |
| (8) | J. Mullerius, De ministriis ecclesiae | 1613 |
| (9) | J. Saerberius, De ministerio ecclesiastico | 1613 |
| (10) | E. Loleius, De justificatione | 1613 |
| (11) | L. Gammelius, De bonis operibus | 1613 |
| (12) | F. von Bülow, De libertate christiana | 1613 |
| (13) | P. Schaeffingerius, De magistratopoliaca | 1613 |
| (14) | F. von Dike, De iudicio | 1613 |
| (15) | C. Michael, De coniugio | 1613 |
| (16) | D. Westerius, De jure amanto | 1613 |
| (17) | G. Nachanus, De mercatoria | 1613 |
| (18) | J. Smoldius, De resurrectione | 1613 |

ANABAPTISMI

4

ERRORES VARI

principia brevitate refutati;
Ac in Collegio Academico Rostochiensis
privato disputationibus xix ad
placidam correctionem profici.

M. PETRO HINKELMANNO
Prefide
Archidiacoro templi jacobaei.

Ans. 15 Thes. + x 10, 11, 12.
Anno 1674. F. H. H. expositus

Rostochij.
Exaudiens Joachimus Pedamus
Anno M. DC XIII.

De ANABAL TISMO

Disputatio Elenctica

Prima

Complectens Haeretior Anabaptistica
refutationem in Loco

DE

S. S. SCRIPTURA,

Quam
divina SS. Spiritus afflante gratia
sub Praesidio.

M. PETRI HINCKELMANNI

Verbi divini Ministro

ad privatam eorumque proxomit

JOHANES MULLERUS

Hojensis



Rostock
Literis classicianis
Anno 1613.

DISPUTATIO ANTICATA BARTISTICA
DE SACRA SCRIPTURA
TESTAMENTO

I. Deus ter opt. Max. qui fons & autor honorum
 Dic 337 omnium (x) tres statim in hoc mundo videlicet ecclesiæ
 Pet 510 fictionis politicae & economicae, tanquam tres firmifirmas
 jac 111 metropolis boni ordinis & constitutions erexit: i.e. quia
 prima pietas & religio habet, in secunda iustitia & aq-
 uas regnet, in tertia venia horum conjugalis elegansissimi excolit.

II. Quanto vero ha utiliorem habitationem & finiacorem defi-
 sionem humano generi praebeat tanto etiam maiori auctoritate
 Deusque ille diabolus semper ab origine mundi hunc oppugnat,
 & rarijs machinis istas mortales, atq[ue] aridae tentationes Morti-
 mire perire laboravit.

III. Ibi agens non sine exercitu, militarii; sed ferreis ejusmo-
 nes armis invictus quicunq[ue] implo resistit illud effectum de-
 dicti. Ex nostrissimis videatis ille manipulus, quem ex papas-
 regno sibi collegit, qui ecclasiae suorum fratrum coniuncti, qui
 studio misere deformabat, politionem perfundendo sub
 servit, trahebat, economicum tanquam impurum & execrabile
 degingebat, aliusq[ue] monasticum sibi illi preferebat.

IV. Anno a. 1516 ipse ad me ipse quidem a Megalandio & Lutherogru.
 Dicitur alia patrum propositior fratre nempe Annales patrum
 dicitur. quia anno 1522 obisse coepit teste Schmidato. Domini homines
 quam molefi fierint Ecclesie & adhuc sint festin est ipsa ge-
 perentia, dum non soli s. Scripturarum vestimenta tollere partim &
 nerare conantur, sed etiam pro sua finis omnia & revelationes
 solidas & diabolicas ostendunt in Deum vario modis loqui
 blasphemis, insultibus, adiutoriis ad baptizandum, & sic consequenter

ad vitam aeternam proclamans, ex sua carna Domini misericordia
videlicet rem colessem eximunt, iustificationis artus pilum de
pravam & corrumptam, & in alijs preterea articulis religionis
scripturam allatror.

V. Quam etiam iniuriant erga Magistratum & concionem,
exinde liquet, quod illorum dicuntur Deo non placere, & spe
evidem, quantum insuper est tollere, indicia civilia contum
nere, iumenta prohibere subditor in rebellionem excitare
non verentur; in hac non modo conmissionem bonorum praecep
tum, sed et nullorum permittunt, divortia facienda organizationem
introducunt; non sexentes patres alii erroris blasphemie
mor & solides quoq; omnes hoc loto recessere neq; attinet neq;
fici possit, cum quilibet illorum pro libidine terror subiung
& mandator fringat & somnet.

VI. Hic tamen pauci, quos modo recensimmo, opere deinceps
opendunt, & diabolum per fanaticorum & horum hereticorum conationem
eternam salutem perire eripere, & in hinc modum erroris perfici
hierarchias (quod deg. clementissime avertat) extremam miseri
am & calamitatem introducere laborare. Proprietae certe cui
libet homini scripturae jucundat, ut quovis tempore non modo vi
gilem dilectenter & ad quemlibet istud in omnium patet ab initio si
verum etiam quoniam blasphemiam non canunt aduersarij sed clau
elium esse infimam, ubiq; & domos percepant, ut locorum fra
dest extigere, & idcirco pestifer excedere frat.

VII. Hinc igitur & notis animis eis, pessimera habentia ab
hinc & Peplini & Calvinis ergorum reprobationem, illorum etiam
altrinam & latibulam aliquantulum in lucem protrahere deg. Ma
ad normam S. Scripturae & verae rationis fundamenta & animata
pianorum & erroris iustitiae illorum ab his distinctorum hominum
errores magis ac magis detegantur, & contra animi noscitur
veritate oblefi contra illorum infibulationes ac argumenta corre
rentur & confirmantur.

VIII. Hoc ut ordine frat. in hac disputatione iustorum faciemus. De
S. Scripturae & Philosophiae studi, quorum illam determinant &
contingunt & varii modis arrogant, hoc vero plane tollunt, &
ex scholis eliminant. Dispersorum a; illam materiam in duas ca
pita & sit de autoritate, perfectione utilitate S. Scripturae & de pilla

Capit. primum ac auctoritate, perfectione cunctis
8. S. Corinthio.

Error primus.

v. 8. S. Paulus ad Corin. Propheta cum Thess. & ad Corin. imp.
Cat. hanc. f. 26 Ficta est iniustitia.

Refutatio.

Quemadmodum parabolam tepe, seme a multis in uero
ut pediti comitetur in via. Lc. 13 v. 10. T. a
anabaptistis ut rex per viu momenta regnus & contumaciam habet, & cu
populus ei imperfectione adhibebunt, ut quia hi sunt traditiones huma
nas misericordie & propriae revelationis & somnia adducunt; in lege in
Escriptis omnem utilitatem S. Corinthio profundunt. Vnde & euangelista
Iohannes similiter facile obtrahit, si futuram perfectionem & necessariam
utilitatem illius demonstraverit.

1. perfectionem. Ex Corin. cap. perfecta. v. 19. v. 8. & Huius pe
fessionis oportet contradicere opacitate. Dig. 4. 3. Si in perfec
tione reficiunt ad illud q. imperfecti, & deinde. Da
2. utilitatem. Est utilitas docendo, arguendo, corrigendo iustificando,
& tunc 3. de meo latrone confessi deinceps.

Error secundus.

Vetus testamentum jam ad finem venit, nec apud Christum
amplius valeat.

Refutatio.

Cina figura tota scripturam carisperu, iam significata, eis parti
agreditur, & v. t. sua auctoritate adiuva mentit. Cum in de
bet & propheta nra ad manus quod de legibz. cerimoniis est
lex & typus ultro, ipsi fallit ad hoc uterque, quod de parte
figuris & typis ultro, ipsi fallit ad hoc uterque, quod de parte
dictior. Cui oppositum.

1. Verbi dei manebit aeternum. Ia 40 ff. 8. Quod de Xpo ex
T. Ultro, ne tu X. odi erit & tunc & agit ex v. t. aucta defini
3. Ex his & prophetis haec possumus, ut gehenam effigiam:
Habent scilicet & prophetas nos tandem & Christus pas
notibus.

Error tertius.

Q. libri X. T. q. omnis ex origine, ex loca Latina &
Germanica sunt corrupti, nec reverintur amplius ari
tici.

Refutatio.

Camer expo petiti id quo id est in festi mifibz & laniis
agreditur, cu autem oportet ista ea esse & apta o
perire deo propter. S. Corinthio resiliens, Namq; arrodona
Quod videre potest, du libri s. scriptura morte traximus omnes.

1. Hoc à diabolo occisi, ita dicunt, ut sua somnia & revelationes hominibus obtrudant, & ideo divinam scripturam invisam redditam ex manibus eorum existant. Quia si cibinetur, facile illarum fraudem retegetur. Si vero hoc persuadere posset V.T. & amplius valere, & N.T. esse corruptum, eorum somnia & revelationes dialeticae & apocalypsin recipi, tunc & q. qd in lucidam viret eis, quod para p.estate dividetur.
2. Si hoc tam impudens affirmare pernixem probent, si boni viri ex misericordia fidei digna, quando, & quo, & quibus in locis sit corrupta origine, quod cù in aeternum prestat non possit non lenemus & respondere ad iniquas clamores.
3. Nor vero N.T. pro vera & incorrupta doctrina tripli amplitudinis obsequiatio. C. Quia N.T. debet esse Cenon iudicis extremi, ita quod tibi obsequio in iudicio extremo indicabit, ut ex Joh. cap. 48 & Rom. 2. p. 16 patet. Et est incorruptum. Ex scripta n. doctrina hoc iudicium promulgatur in aliquid dicitur.
4. Si corruptum est N.T. distinguat & V.T. & a seipso. Sed superius aliquid ergo et prout.
5. Ex ea scriptura q. "Satanas tentationem tam firmam & insuperabilem rationes perfere possum, ut nullus dubitationis laqueus nobis obtendere quicunq. E. ex scripta. Si vero Satanus incertitudinem fortiori obsecrare perfici miseris est, & in angustias salutis devias non recogor. Sed id faciun regit.
6. Secundum testimoniū Irenaei lib. 3. c. 1.

Error. Ricardus

Vinculus. Patres in V.T. laudam corporales & exteriores habuerunt promissione; tempore vero N.T. data sunt promissiones spirituales & aeternae.

1. Re habuerunt q. egregian promissiones spirituales, verum non etiam tantum secundum spirituale & ultime r. g. de semine benedicto milieirū & Gen. 3. quia & est corporaliter ad alii boni promissio. Regedit huc promissio aliquis dñm Abramam confidit Gen. 12 v. 3. & Davide q. q. magno desiderio proficit & p. 17 & Esaias c. 49. profecit eam cum telos in scripturā. Isa q. 9. 6. &c.
2. Atque viri promissio de Messia predictis, ad eos etiam de vita aeterna quod est spirituale bonū. Ideo n. Christus venit in mundum, ut salvet peccatores.
3. Hic aspiciens dicta N.T. de grā dei, merito tui, remissione peccatorum, iustificatione, donacione spiritus S. & vita aeterna. Quia omnia in primo Credo hinc solymitana hoc insigni decreto comprehendunt: Credimus per gratiam Domini nostri Iesu Christi salvati, sicut patres, Gen. 15. & 18. & 19.

Error. Minutus

Non tantum S. Scriptura credidit, sed etiam revolutionibus. T. L. B. Quid Bibel Bibel Babel:

de. 6. 3. Iacob regit, quod hic multa est. Sed mihi S. Synthesis frontem ubi enim, non iustis non revolutionibus expedire. In scriptura q. in vobis non habemus, sed legatione ad fratres eundem uocibus. & nolite uorilem adire. & dicitur: "ad te".

2. Hoc apud Iacobum et Legionem extemporante a usione missinam
Et propheta dicit: Si angelus de cœlo aliud Evangelium evan-
gelii malitidem sit. Gal. 1. Et ecce ad Hebreos omnes revolutiones
relictor dicit ultimam dominacionem & filius locutum. Zor. 1.
3. Fides fidei unicum, in quo Deus omnia revelavit ad salutem
miseraria, est salutis nostrum. Scriptura 5. Cf. talis E.
4. Confessio patrum.

Mixtus et Error Septuaginta
Dicitur dolus per somnia sua vel in sapientia revelat.
Dicitur dicitur per somnia sua vel in sapientia revelat.

28. ^{gratissima somnia verae} ^{revelatio}
I. Huius opponuntur Oct. 23 v. 25. Audierit propter dicens dicit prophetam
B. vidi illi Sathanum formari ex gratia habet somnium narret somnium
Qui volunt facere, ut populorum nominis mei obliuantur
Somnia sua. ita Lev. 26 v. 25. Non observetur somnia
Nam multo errare possunt somnia
Accordant patrum.

Cap. II. De studiis. ^{Error primus} ^{stola et gradibus honorum}
Dimittat anima baptizatus spiritum scholarum nostrarum, quod
dicitur in ps. 133. Propterea fabilarum profanarum et ethnorum contenta
Arabum. Tradidit enim m. b.

- Refutatio
1. Qui fontis ipsum impedit eumque cupiunt, canales obstruunt
Sic fontis iheralit obstruitur et scriptura scholarum ob-
structa satagit per quas tangunt canales nivili stragis, tra-
gum nostras animos derivant. ut id jure facere videantur, tan-
quam tangunt sententias omnium etiam scholarum nostrarum
describunt in gradibus nivili sani tradidit pater falsa dimi-
nuta etoncta.
2. Verum manifeste crimen falsi committunt, et magnum injuri-
riam nobis fecerunt. At prima non inventata falso. doctrina
catechistica capita infraclausa. Et in adultis exterioribz et stola
conformans, et ad ravin usq. sacre littera reculans.
3. Quod ad ethnorum scripta attinet, considerandae quis sunt
ita scripta. Non enim fine discrimine oer recipimus, in scholarum, sed
auctor diligenter censens. et confident, quoniam et quo fine illas recipim-
us. Non q. q. illorum mortis filiorum et ethnica et idolumania auctor prohibet
sed ut linguis et verbis, quia inter illas mixta florimur exinde tandem et illa
ad discamus. Harum non omnium, quanta præ utilitas in theologia, sed offi-
ciale et legitimae ad libeas, qui libet me ostendere monere facile intelligi
4. Atque auctoritate quoq. patrum sano ac solito stola secundum
videlicet in didascalie lib. 3. lib. 2. de ora eterna.

Error secundus

Qui in Scholasticis Academias discentes tantum tenent litera mortuum, non etiam spiritum vivificantem. Quare & possunt esse ministri X.T. quos Paulus dicit esse ministros & literas, sed spiritus. 2 Cor. 3.

Refutatio

Ut porro utrā si Scholasticis Academias ministris reddant Catalogata, aliam rationem communis dicentes veram theologiam in illis & addiscant. Sed tantum literam mortuum faciam & interius arbitrantur esse spiritum, quae ex somnioribus huiusmodi. Verum brevi non explicabim.

1. Diversus n. da, & q. voluntate humana est allata: nisq; quam caro & sanguis revelabitur, sed pater q. in celi q. 2. Pet. 1. & quā docebat sp. 5. quāndam locū est per os Iudeorum pūctū.
2. Quod ad locū apostoli attinet, res pertinentes sit & q. mente apostoli, qui per literam, & totam scripturam, sed legem dixit de scripturam per scripturam & ita evangeliū datus, quam ita & metuorum effecti applicat. Nam & evangelium docebat sp. 5. & corripuit clarissimum testimoniū in illo n. o labor vox Mortuorum, sed accidit. Nam in loco daretur & monitum & maledictiones annunciat, q. spiritualiter occidit. Hoc vero & facere si vīficere, si homo perfido & mali obediret.

Error. tertius.

Huius magnitudo. Notate vocari magnifici super terram E. & tibi honorum & fint tolerandū.

Singularē similitudinē similans ad dysparū, q. plebis hominibus per omnia studia & fraudeles fieri & effica negotiorū laudabilem morte carū pīnt, cum in eos, qui fidore & labore insigneō eritudinem campārūt, gradū dignitatis conformāt. Hoc exemplūm fūndi. Huius Carolostauri qui & sibi ipsi Doctoris titulus abrogans, & aliis conferre rūfatur.

1. Quod v. strāngū salvā conficiunt ad honores & gradū academicos aspirare possit, evincitū ex illo, quod Chrysippus compitiūr ordinū in ecclesia & gradū docebat distribuerit. 1 Cor. 12 & 28. Quo merito gradū academicus refertur, cū id ī instituti finib; nūt & vimini & quantitatē emōtōrū indicent, ut ita cūlibet prō modō sibi officiū tuti obtinēt possit.
2. Et hūm hoc & contumenda iūlit, q. quod tituli & gradū honorum sibi pīnt, domestici & privati in contūto offere, ut farta ab honore pīnt & disreputatio, precepit.
3. Distinctū tibi sententiam nostram & impingnat. Hoc n. redarguit Phantasm, qui oīa faciebānt, ut spectare ab hominib; inō principiū in oīa affectabānt & magnifici tituli gaudēbānt. Si ist de gradib; academicis hoc utique sequitur, etiā parentū titulorū cū intermitterebānt, ut Chrysippus de appellatione Patriaffirmat.
4. Redde ergo illis, gradū honor debetūr, honorē deferringū. Nam ut c. B. Hieronymus (in Epist. 1) concludat, utbi honor & c. l. & c. p. contemptus, utbi contemptus, ibi frequentia impuria. Sed sic caducū. O transīcū honor est tibi vero, & pater celestis cū folio & sp. 5. sit honor sancti ferrey!

Amen!

DE ANABAPTISMO
DISPUTATIO ELENCTICA
SECUNDA

Complectens Sectæ Anabaptisticae Errores
refutatos in loco
De

DEO TRIUNO.

Quam

Divina S.S. Spiritus assistente gratia
Sub Praesidio

M. PETRI HINKELMANNI
Verbi Divini Ministri.

Private evulgata subiicit

DANIEL DRENCAVUS
VVismariensis.

3. Non. Febr. Hora & loco consuetis.



ROSTOCHII
Litteris Reusnerianis, Anno 1613.



S T N Θ E Ω.

DISPVATATIO ANTICATA BAPTISTICA
II.

DE DEO.
CONTINVATIO.

Scripturam divinam, & huic subservientem Philosophiam quo
ponant loco, quavé ratione æstiment censores Anabaptistici,
prima haetenus disquisitio patefecit. Sed ita patefecit, ut
non unius solum ac leviusculi errati, sed plurium convicerit il-
los; plus scilicet tribuentes somniis suis, & cœlestibus illis (si
diis placet) revelationibus, quám scripto Dei verbo. Quod itaq;
methodi poscit ratio, progedimur jam ad sequentem immediate
articulm de Deo Triuno. Quem ipsum non minus, imò magis
etiam, quám præcedentem convellere nobis ac conspurcare fa-
natica gens allaborat, dum veluti Chimera quædam, tribus in-
surgens capitibus opponit se illi, quorum alio blasphemias ma-
xime detestabiles eructat in ipsum Trinitatis numen sanctissi-
mum; alio causam malij clamat manare non nisi à Deo, in exhaus-
to illo bonitatis fonte: alio deniq; statuas furenter incursat, po-
sitas in Dei memoriam, templorum ornamentum, Ecclesiæ do-
cumentum, quas omnes sine discrimine deturbatas cupit, atq; è
templis Christianorum ejectas. Cui quidem monstro tricipiti ut
fortiter reluctemur & feliciter, capitibus ex adverso duobus re-
sistamus, altero, suggestente vites S. Spiritu, contra horrendas in
S. Trinitatem βλασφημias: altero deinde, cum contra impium illum
de scelerum scaturigine clamorem, tum vesanam statuarum de-
molitionem, pugnaturi.

C A P U T P R I M U M,
D e Trinitate.

A 2

Error

Error Primus.

Anabapt. in
Colloq.
Francken-
thal.

Pater, Filius, & Spiritus S. sunt tria Nomina & u-
na essentia: ideoq; nec dividendi aut discernendi.

REFUTATIO,

Notum est illud protritum; veritatem simplicem esse, mul-
tiplex autem mendacium: probant hoc suo etiam exemplo ad-
versarii nostri Anabaptistæ, dum novis ad inventis identidem &
communi superadditis furori (Baptismatis dico oppugnationem, un-
de nomen fortiti commune) opinionibus erroneis, in varias abidere
familias; ut (a) Servetianorum, Simonianorum, Praxeianorum, Sa-
bellianorum, Samosatenianorum ac Priscillianistarum. Qui olim de
divinitate docuerunt, unam esse tantum ejus ~~divinitatem~~, eandemq;
alio atq; alio respectu, nunc Patrem, nunc Filium, nunc Spiritum S.
appellari, perinde ut aliquem pro diverso respectu jam patrem fami-
lias, jam pastorem Ecclesie, jam pauperum provisorem vocitamus.
Quin imò scribere non veretur homo desperatissimus Servetus, o-
mnes, qui Trinitatem statuant in essentiâ Dei, esse à Iesu, nec Deum
habere, nisi tripartitum, & aggregativum & confitum, non abso-
lutum seu perfectum; imò habere deos imaginarios, & (quod audi-
ens cohorresco) illusiones Dæmoniorum. Quibus omnibus ut si-
mul respondeamus, & distinctas non nominibus tantum, sed reapse
divinitatis ~~divinitatis~~ eis firmissime demonstremus, opponimus illis:

b) Mat. 3,16
Mar. 1,10.
Luc. 3,22.
oh. 1,32.

1. Clarissimam revelationem trium divinitatis personarum,
factam in Christi baptismō (b). Stat ibi ad Jordanem Filius Dei,
baptizatus à Iohanne: Spiritus S. in forma columba soe demittit:
& clamat de cœlo pater, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi be-
ne complacitum est. Ecqua posset illustrior, quam isthac, dari pa-
refactio: quam non unus tantum Evangelistarum, sed consensu
unanimi omnes testamat fecerunt, ac consignarunt? Ut mirum pro-
fecto sit, qua fronte aut conscientia Spiritus neget vertiginosus id,
quod oculis quasi subiectum intuetur.

2. Ban

2. Baptismatis nostri institutionem (c), in qua expressa tri-
um personarum estat mentio. Personarum, inquam, realiter distin-
ctarum, non appellatio cum solummodo, unam ~~etiam~~^{c) Matt. 28.} denotanti-
um. Quod ipsum nisi intendere Christus voluisse, ad unitatem
~~spiritus~~¹⁹ diuinitatis indicandam, unico potius ac simplici nomine
fuisse usus, quam triina appellatione tautologica.

3. Effata Servatoris alia, quibus disertè ac luculenter Tri-
nitatem afferuit, verbis distinctis distinctas indigitans ~~etiam~~.
Ut quando inquit (d) Ego rogabo Patrem, & alium Paracle-
tum dabit vobis Spiritum veritatis: ubi alia persona rogans, alia
rogata, alia danda seu mittenda. Item: cum venerit Paracletus,
quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum Veritatis. Succentu-
riatur his, quod scriptum in epistola Iohannis prima (e); Tres sunt,
qui testimonium perhibent in cælo, pater, verbum, & Spiritus S.
& hi tres unum sunt. Vnum, puta, ratione essentiae seu Deitatis,
quam totam & indivisam quivis eorum, participat, omnes, ad-
eoq; sunt & dicuntur Deus triunus. Et Apostolus Paulus expres-
sam trium personarum facit mentionem, inquiens (f): Gratia Do-
mini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio San-
cti Spiritus, sit cum omnibus vobis. Et alibi: Ex ipso, per ipsum
& in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria.

4. Dicta etiam illa N. T. in quibus distinctè Patris & Filii
est mentio, ac hujusmodi actiones & opera, que non nisi singularibus
& à se invicem certis proprietatis characteristicis distinctis Per-
sonis competunt, singulis tribuuntur (g) ita tamen ne excludatur
Spiritus Sanctus, iuxta illud D. Lutheri: Duabus Personis in Scri-
ptura nominatis, simul significatur Persona Spiritus sancti loquen-
tis in Scriptura, non enim voluntate humana allata est aliquando
Prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homi-
nes (h).

5. Quia vero ignotum Ecclesiae veteris Testamenti, nec cre-
ditum hunc de Trinitate articulum Adversarii affirmant, jubemus

A. 3

inf*i-*

c) Matt. 28.
19

d) Ioh. 14.
16. c. 15. 26.

e) Ioh. 5. 7.

f) 2. Cor. 13.
13.
Rom. II. 36.

g) Ioh. I. 1.
14. 18. c. 3.
16. 17. 35. c.
4. 34. c. 5. 17.
19. 22. 23. 26.
36. c. 6. 29.
40. 44. c. 8.
16. 54. c. 10.
17. 30. 37. 38.
c. 12. 27. c. 17.
3.
h) 2. Pet. 1. 21.

inspicere illud paulo penitus, & invenient non uno in loco, sed quam
plurimis solidissime eundem fundatum; ut in historia creationis,
ubi omnes personae Deitatis expresse significantur (i) Pater quidem,
quod is dicendo, seu verbo suo considerit omnia. Deinde illud
ipsum dicere seu sermo (non in aerem evanescens, sed se ipso subsi-
stens, quemadmodum Spiritus ipse Sanctus per Job. (k) explicat,
ex historia creationis Deitatem Christi adserurus) secundam ex-
primit Deitatis Personam, οὐκον, per quem facta omnia. Tertio
Spiritus Domini exprimitur itidem, qui universam illam indige-
stam molem primò conditam, foris scribitur & sustentasse. Pater
idem (l) ex apparitione illa trium virorum, venientium ad Abra-
ham, pater ex Psalmis, ex Prophetis, ex Phrasibus, in fonte sin-
gularibus, qua ceu digito Personarum in Deo pluralitatem desig-
nant.

(i) Gen. 18. 2.
Psal. 2. 7. 33.
6. 8. 11. 1.
Esa. 6. 3. 4. 8.
Gen. 1. 26. c.
11. 7. c. 19.
24. c. 35. 7.
Deut. 6. 2. 6.
Ios. 24. 19.
Mal. 1. 6.

6. Quod si queratur, quomodo tria esse divinitatis essentia
possit, que dividua non esse, & partes habet nullas? Respondend
bie Orthodoxi, ipsam quidem per se divinam essentiam, partibus es-
sentiae individuam esse (οὐκ οὐκέτι) quippe unam simplicissime.
Nihilominus tamen per & propter differentias quasdam seu pro-
prietates essentiales, id quod essentialiter ne quaquam esse dividu-
um, respectu rationis & definitionis, qua intelligitur, quid sit Deus,
dividuum fieri. Ac proinde consequens non esse, ut que essentia u-
num & idem sunt, propterea etiam simpliciter idem, & omnino u-
num sunt: sicut que simpliciter unum non sunt, ideo essentiis se-
parata sunt. Declarare solent hoc, exemplo animæ. Anima enim
hominis per essentiam una est, que tamen interim facultatibus
maximè dividua, realiter quidem, at non essentialiter inter se dis-
crepantibus. Sic Deus cum unus sit, propterea tamen non omni-
no & simpliciter unus idemque dicitur, nisi per essentiam. Interim ra-
tionibus hypostaticis differt sane, ut Personæ quidem sint distinctæ,
non tamen essentia diversa, sed unus Deus, qui est Pater, Filius,
& Spiritus Sanctus.

7. Ad-

7. Addimus his Antiquitatis venerandae Sententiam, quam nobiscum ὁ μόνος θεός hoc de mysterio μονοτεοποίω ποιεῖ semper, ac promovit. Omnes, inquit Augustinus, quos legere potui, qui ante me scripserunt, hoc in renderunt secundum scripturas docere, quod Pater & Filius, & Spiritus Sanctus unius, eisdemque substantia inseparabili & qualitate divinam insinuant unitatem. Ideoque non sunt tres Dii, sed unus est Deus, quamvis Pater filium genuerit, & ideo Filius non sit, qui Pater. Gregorius: ipse certe sic de his sentio & libenter sentio, dum quisquis mihi amicus est, idem facit, colendum ut Deum esse patrem, colendum ut Deum filium, colendum ut Deum Spiritum S. proprietates tres, & Deitatem unam: Quippe que nihil partiatur, sive gloriam spectat, sive honorem, sive essentiam, sive regnum. Idem: Aperte tunc videbimus, quomodo unum indivisibiliter tria sunt, & indivisibiliter tria unum. Cyrillus: Non ignoravit Moses, quod Deus unus, hoc est, una Deitatis natura, in sancta & consubstantiabili Trinitate adoretur, nempe in Patre & Filio & Spiritu S.

Lib. i. de
Trin. c. 4.
De The. Ies.
In Moral.
Cont. luli.
lib. 4.

Error Secundus.

Personæ vocabulū, quia in sacris litteris non invenitur, merito rejicitur.

Anab. in
Coll. Embd

REFUTATIO.

Ad Scopum eundem, quem propositum sibi prior habebat, hic iterum error collimat, nempe ut sublatu personæ vocabulo, quod jam pridem usū receptum ab Ecclesia, & multo cum fructu presenti negotio accommodatum constat, differimen personarum facilius auferretur. Nam, ut liqueat ex Augustino (a), adversus hereticorum nomenclatur, versuriam, & insultus necessitate partim illud, in usum venire caput: ne videlicet vocabulo latino substantia, quo vox utraq Gracorum cum etiā, cum Graecis, plurimum inter se

a) de Trin. I.
4. c. 7.

diffe-

differentes, reddi consuevit, ad palliandum suum errorem abutere-
tur. Patet itaque hinc, quo sine oppugnent vocem hanc adversarii,
& cur antiquam velint: quibus properea occurendum à no-
bis & firmis rationum momentis resistendum, quas nunc subiectimus.

1. Si ἄγριος putent simpliciter personæ vocabulum nec o-
mnino extra etiam Trinitatis articulum in sacris usurpatum, ve-
hementer eos hallucinari (ne quid gravius dicam) ex Paulo liquet
manifestissime, quippe qui, scribens ad Corintheios, inquit (b): simul
adjuvantibus & vobis per deprecationem pro nobis: ut ex multa
personis, pro deno in nos collato, per muleos gratia agantur pro no-
bis. Positam hic videmus personæ vocem expressissime, & qui-
dem non pro accidente quodam, uti alias, nempto pro habitu, vel dis-
tinctione officii, sed pro substantia individua, intelligentie, incom-
municabili, non sustentata in alio.

2. Sin vero quo ad Trinitatem duntaxat, in sacris negent
reperiiri, nondum tamen à vi facienda veritati sibi temperant.
Nam licet concedamus, sic quidem ἄγριος esse minus secundum lic-
teram seu αὐτολέξει; inficiamur tamen secundum sensum, vel rem
ipsam: que profectò cum in superiori refutando errore, invictis
astructa sis testimonius, tam ex veteri, quam novo Testamento ad-
ductis, pluribus eandem hic operose demonstrare, necessarium mini-
me videtur.

3. Majoris tamen evidentiæ gratia eadem ponimus syllogi-
smum: Definitio cui competit, eidem & definitum. Atque personæ
definitio, qua est, esse substantiam individuam, intelligentem, in-
communicabilem, non sustentatam ab alio; convenit per omnia cum
Patri, tum Filio, tum Spiritui S. non ut uni υφισταμένω, sed ut cri-
bus realiter distinctis. Realiter dico, quævis minime essentiali-
ter, quemadmodum essentiis discreta subsistunt personæ creatæ, V.
G. Petrus, Iacobus, Andreas qui non tantum tres personæ, sed tres
etiam homines essentialiter distincti dicuntur. Sed alia est ratio
divinitatis personarum, quæ, quod una de alia non prædicatur, neq;
una

neq; una alteri inesse, vel ut subjecto accidens, vel ut toti Pars quædam constituens, sed quod sua propria ratione & definitione quævis earum se ipsa subsistit incommunicabiliter, ea propter personæ appellantur: & merito appellantur, cum per eas alium atq; aliud in divinitate scriptura notet, tametsi non aliud, atq; aliud.

4. Vanitas itaq; argumentum in Errore positi, quo contra nos adversarii utuntur, manifestè hinc appareat: quam suis etiam Anterinitariis sancti Patres ostenderent, his verbis: quædam sunt & dicuntur in scriptura, quædam sunt, tametsi non dicantur. Et Augustinus inquit (c). Licet loquendi, ac disputandi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia non contradicet.

c) I.7. de
Trin. c. 4.

CAPUT SECUNDUM.

De Causa peccati & statuis. Error Primus.

D. Schluss.
ibid. f. 3. 27.

Deus prohibere posset peccata, si iis non delectaretur. Deus peccata Cain, Saul, & aliorum impiorum operatus est.

REFUTATIO.

Ab antitrinitariis Anabaptistis ad classem nunc aliam digredimur, eam, que causam malis seu peccatorum in Deum rejecit opimum, quem non modo probare ea, sed in impiis ipsum operari statuit, amicè conspirans ita cum genio Calvinii sequa (a), & viribus conjunctis nos, qui contrarium amplectimur, aggrediens. Sed neq; hic deest, quo nos tueamur; & mali causam à Deo nostro benedicto removeamus.

a) vide Cal-
vinismi Dis.
s.c. 1. Er. 4.
c. 2. Ep. 1.

1. Nam nisi in sacri codicis præsidio, in quo pañim ita Deum describit Spiritus Sanctus, ut qui peccati auctorem dicant Deum, ipsi sancto Spiritui in os contradicant, utpote qui Deum (a) & summe bonum esse & omnia facere bona testatur, ideoq; non velle

B pecca-

a) Mar. 10. 18
Rom. 9. 14.
Gen. 1. 30.

Psal. 5.5.7.
Exod. 20. 5.
Soph. 3.5.
Sap. 14. 30.
Psal. 73. 18.
Icr. 9. 9.
Esa. 65. 6.7.

b) Gen. 7. 21
c. 19. 24.

c) Rom. 1. 6.35.
Iob. 4. 2. 20.

peccata, sed odisse potius ac punire, multò minus mandare cuiquam male agere aut ad male agendum impellere. Aut ergo falsa haec & similia erunt de Deo effata: aut impia Anabaptistarum opinio. Aequi illud absurdissimum, hoc itaq; verissimum.

2. Tum Deum peccatis non delectari, multo minus eadem operari, tot ostendunt exemplorum myriades, punitorum à Deo hominum ob peccata: ut præ ceteris luculenter patet cum in illis, qui diluvio perierunt, cum in Sodomitis, qui incendio (b) Et quid aliud est mors hominum communis, & tot calamitatum maria, quæ nobis transfretanda, quam adversus peccata odij atq; iræ divina gravissimæ argumenta?

3. Nec rationibus destituimus, quibus idem conclaudi potest opime, quales suppeditat prægnatissimas 1. Perfectio Dei summa. 2. Ipsa honestas. 3. Voluntas & Natura. 4. Immutabilitas. Quomodo enim, qui perfectissimus est, tale quid causet, quod nil nisi mera est imperfectio? Cujus natura bonitas ipsissima, quomodo malum in velit aut operetur? cum præserit unum sint indisponibilem, natura ejus ac voluntas, ut quidquid illi repugnat, repugnet & huic. Imo negaret semetipsum Deus, nec immutabiliter idem perpetuo maneret, si nunc bonus esset, nunc vero malus: bonus quidem, quatenus boni; malus, quatenus mali author esset. Quandoquidem qui rulet & efficit malum, malus est, qui bonum, bonus.

4. At vero inquiunt adversarii, cum possit impedire peccatum Deus, nec tamen facit, minimè liberandus ab ejus causa, sed delectari potius dicetur illo, ideoq; ad peccandum homines incitare. Quasi vero ab hominibus ad Deum argumentari bona licet consequentia. Nam homo quidem ex debito peccatum, si potest impedire tenetur, quod si non faciat, immunis omnino non est à culpa peccati, quemudmodum pater ex debito prohibere tenetur delicta filiorum: Christianus, gladium eripero, vel non subministrare furioso. Atqui de Deo idem dici nullatenus poterit, cum, teste Apostolo (c), nemini quidquam debeat, sed ita hominem condiderit, non ut velq;

ut veller peccare; constitutum tamen interim in ea libertate, ut posset velle; ranta luce ornatum, ut posset non velle. Quam lucem & libertatem quia per lapsum sibi perdidit homo, ita quidem, ut semper ad malum nunc sit pronus & proclivis, fieri illud magna tolerantia Deus permittebat, sed non ita permittit, quin ex eo bonum elicit. Non igitur exigenda rationes ab eo sui consilii, aut ex sensu humano de eo judicandum, quod sacrilegum esse ait Hieronymus (d).

d) in cap. 3.
Hierem.

5. Quamvis autem homo, ut causa particularis & secunda abs primae & universalis influxu non agat, quippe (e) habens dependentiam ab hac omnem cum in esse, cum in fieri, cum in operari. Non tamen concurredit ad effectum secundum causam universalis, nisi quatenus ille ratione a iquam positivâ & non privativâ (peccatum) denotatur causa secunda. Quocirca bene distinguamus oportet inter motum, actionem, sustentationem ac conservationem, qui Deum auctorem habent, sicuti scriptum legimus: in ipso vivimus, sumus, & movemur; & inter cetera, motui illi adhærentiæ, quæ à Deo non est, sed ab hominis voluntate prava, quæ, deficit à Deo.

e) Scal. ex.
339. l. 3. Thō
l., Contr.
gent. c. 67.
Scal. l. 3. po.
et. cap. 8.

6. Simili rem eali declaramus. In homicidio duo sunt; motus ipse occidentis, qui, ut actio generalis ex Deo oritur, & motus inordinatio, quæ ad rem fertur illicitam, adeoque declinans à lege divina, Deum non habet causam, sed hominis voluntatem. Augustinus claudicationis utitur exemplo: in qua 1. ipse progressionis est actus. 2. deformitas siue defectus in progressu. Ille pender ab animali potentia locomotiva: hæc neutram, sed à corporis virtute, luxatione nimis seu incurvatione tibia, quæ si recta esset, motus quoque ejus foret rectius. Sic etiam actiones nostras movere. Deus ac suos intentat: ceteræ vero actiones ipsi vitiamus.

7. Ex iam dictis ergo liquido liquet, quæ pierate causa peccatorum Deus statuaritur. Quibus patres etiam omnium seculorum sis-
is quisque adjectis calculis suffragantur. Sic enim ex illis scribit Fal-
genius (f). Ejus rei Deus non est autor, cuius vindicta est & ulti-

B 2

iniqui-

f) lib. 1. ad
Monim.
In Hom.

iniquitatem, quam punit, ipse non fecit; & sicut peccatum in Deo
non est, ita peccatum ex eo non est. Item: Absit hoc à nobis &
omnibus Christianis, ut causam cuiuslibet peccati quisquam deputa-
re divinæ audeat æquitati. Basilius tantundem esse dicit. Deum as-
serere peccati authorem, & negare esse Deum. Quin imò Ethnici
quoq; saniores hoc agnoverunt, meliores hac in parte cum Anaba-
ptistis nostris cum Calvinianis. In Platone(g) enim elegans hic ha-
betur locus: Nullo modo Deus dicendus est causa mali, quippe cum
sit semper bonus, adeoq; ipsa bonitas, ut longè tolerabilius sit affir-
mare ignem siue solem esse causam frigoris, quam asserere Deum esse
causam peccati. Idem alibi: (h) Deus est omnis boni causa & author.
Est ergo scelerati mendacii, statuere Deum quocunq; modo peccati
authorem.

Error Secundus.

Anab. An-
tuerp.
g) Dial. de
fuit.
h) lib. 2. de
Repub.

Prorsus nullæ statuæ sunt ferendæ: quia Exod. 20.
mandatum est, non facies tibi sculptile.

REFUTATIO.

a) vide Cal-
vinismi disp.
14.c.1. Er. 5

Huic errori, qui, sicuti præcedens ille, præter Catabantas
patronos itidē cepit Calvinianos (a), occasiōne dedit, ut opinor, ido-
lomania Pontificiorum, deferentium honores divinos ipsis manu-
um suarum operibus. Quam illi risam & agnitam à se, fugere vo-
lentes ac devitare, quippe rem Deo maxime in risam, rationem ha-
buere nullam diverbi veteris, monentis; Ita fugiendum esse, ne præ-
ter casam. Damnant enim & remotas è conspectu dicunt oportere
non tantum illas imagines, quæ scandalum præbeant, & quas culm
homines idololatrico venerentur; sed quae cunq; simpliciter, siue
annexam habeant opinions hominum superstitionem, siue non ha-
beant: & hoc præcipi mandato di vino de non faciendis sculptilibus.
Nos verò ut abusum statuarum papisticum exsorcerumur, sic odium
in eas

in eas Iconoclastarum plus quam Vatinianum, & vanum esse, & præcepto di vino, dexterè intellecto, conerarium arbitramur, quod sequentibus probatum imus.

1. Nihil tam exosum Deo, quam idololatriam esse, sacra passim pandectæ testantur: quæ ipsa qua ratione committatur, interdictum illud (a) de statuis luculentexponit, nimirum si quid homines vel eorum, quæ sunt in cælo sursum, vel eoram quæ in terra deorsum, vel eorum, quæ in aqua sub terris imagine quadam repræsentatum sibi conceptumve adorent aut colant. Vbi ym habent præcipuam verba: Non adorabis ea (Sculptilia) neq; coles, quippe quæ finem indigitant certum, cuius solius gratia abominabile Deo sit, quod alioquin tolerabile est, & acceptabile. Finem illum clarius etiam Deus exprimit in (b) Levitico, quando sic ait: Ego Dominus Deus vester: Non facietis vobis Idolum & sculpeile nec statuam erigatis, nec in signem lapidem ponetis in terra vestra, nt adoretis eum. Quo nomine iuste quidem & merito impieatais accusantur, qui (c) adorant sculptilia, vel colunt, & qui in simulacris suis gloriantur, nos vero non item, cum nullis ea culibus prosequamur, nil divini tribuamus. Discriumen igitur, quod inde emergit, licitarum imaginum & illicitarum, probè nocandum venit, videlicet prohibentur quæcumq; causa culius pœna, vel fœda, vel quovis modo fabrefactæ; non prohibentur, si quæ finem ob aliud, usus ad alios efformenzur.

2. Nec desunt exempla nobis, eorum, qui sine ulla mandati divini violatione, imò Deo ipso jubente, statuæ exixerunt. Ita Jacob & Iosue lapides posuerunt, in testimonium fæderis isti cum Deo. Samuel erigit lapidem adjutorij. Israelitæ quidam altare exstruunt ad ripam Iordanis, in testimonium societas cùm hæreditate Domini. Aeneum quoq; serpentem fieri Deus ipse manda- vit, qui serpatus in populo ejus, inde à Salomone usq; ad Ezechiae tempora, annos 700. & ultra. Ex his consimilibusq; aliis elucescit, aut Deum sibi meti ipsi contrariari talibus tum præcipiendis, tum

a)Exo.20.4
Deut.5.8.

b)Lev.26.1

c)Lev.26.10
Psal.96.7.

d)Gen.18.1
18.
Ios.4.5.6.7.
c.22. 10.23.
24.25.26.
27.
1.Reg.7. 12.
13.

approbandū; aut dīscrimen imaginum necessario admittendum.
Sed & rōtor illud & absonum, hoc ergo consonum.

3. Quin imò argumēnum quoque suppeditat naturalis mentis humanae facultas ea, quæ vim sibi divinitus habet impressam effingendi idēas rerum, effectasque in phantasiā exprimendi, qua eadem quotidie uicitur, & in omnibus subinde tam diuinis, quam humanis negotiis, per concepas animo formas ac similitudines rerum. operatur. Quod si sit eiēta peccatum, ut sit certissimè; nisi à Dei lege naturam destrui ac everti putandum; sequitur eandem imaginem, qua in animo nostro sancta & pia est, neutiquam dici posse profanare aut impian, si certo linearum ductu sive picturā oculis, perquo oculos animo subiiciatur: quandoquidem veritas in re primum est, deinde in animo, sive intellectu tanquam speculo, hoc est notionibus ipsi rei adæquatis, denique in sermone, quo notiones explicantur, ipsis notionibus & rei adæquato.

4. Etsi autem, quo ad Dei essentiam ipsam, nulle dentur opinio, quæ eam repräsentent, imagines, cum infinita illa sit: ac spiritualis: tales tamen dantur, quibus conspiciendum ipse se præbuit: cuiusmodi sunt (e) rubus ardens, senex solio insidens, aliæque forme, quibus se Deus ipse quasi pinxit, & hominum sensibus quodammodo objecit. Has enim cum scriptura proponat, mens nostra concipiatur & sibi imagineatur, quid causa est, cur easdem pingere non liceat aut adumbrare? Nequo obstat mandatum de imaginibus: collit nam omnem dubitationem diversitas finis. Rubum quippe ardente non ideo pingimus, ut Deum exprimat ipsum, qualis est in essentia, ut adoretur, ut colatur; sed ut rem olim gestam spectancibus in memoriam revocet. Quod idem de ceteris quoque accipiendum cum Christi tum sanctorum imaginibus.

Orat. de
Theod.
Martyre.

5. Sobrium hunc usum imaginum etiam Patres approbasse ceterum est: quod per spiculæ patet ex Gregorio Nysseno (f) qui inter reliqua hanc ponit sententiam generalem: Solerit etiam pictura tacens

eratens in pariete loqui, maximeq; prodesse. Quem usum postea
sextæ Synodi decretum confirmavit. Norandum verò proper
conversorum ex paganis infirmitatem nullas in primiūra Ecclesia
risas esse imagines in templis, ne videlicet illi, qui ad supersticio-
nem proni, occasionem lapsus haberent. Quod si à nostris quoq; ho-
minibus foret timendum, (quod tamen in tantâ luce Ev-
angelii vix credibile) quid faciendum nobis in re
adiaphora, videremus.

Anno Dn.
680.



omnissime iusti

officiam credidit.

modestisque sed.

1511. 1512. 1513. 1514. 1515.



Iuveni præstanti solideq; Erudito

DN. DANIELI DRENCA NO Wisma-
riensi Anabaptistas refutans.

Isthaec digna novo sanè Daniele palæstra,
Quam, DRENCANE, subis, omne nixe tuo.
Ille etenim Asyria veneratum à gente Colossum
Sustulit ascitoq; arguit ore frui:
Tu quod Serveti fuxit vesania numen
Destruis, ut furva nocte parente satum.
Illi olim, nebulis que oracula vexerat atris
Somnus, in aprico constituisse datum:
Tuq; effata Dei, Calvini Lerna tenebris
Qua implicuit, liquido sole micare jubes.
Illum non ausi vel hianti fauce Leones
Prendere, prendendum sed caput hostis erat.
Tu Phlegetontiacos divini pellis honoris
Fures, & proprie famæ inhiare doces.
Euge nova ergo tui DANIEL DANIELIS abunda
Virtute, infractoq; assere corde Deum.
Hocce tuum dives valet ingenium, hocce profunde
Flumina doctrine, hocce vocis amica venus.
Sic ubi Achilleis perfringis Mennona plagi,
Transier aethereas ardua fama plagias.


Fratri amicissimo

Lubens merito

deproperabam

Ioannes Cluverius Cremp. Holsat.





præsenti hoc errore pronunciet, qui & olim suæ
auctores partim propagatores in Ecclesia ma-
Originem & Alexandrina Ecclesiæ antisitem
Palestinæ; & nunc iterum resuscitatus à nonno-
rum in proscenium educitur, palliatur, com-
impij hujus dogmatis absurditas eò magis innocens
literarum & rationum stateram examinanda

1. Contrariantur illi scripturae dictæ ea, qua
diabolorum & hominum damnatorum aeterna
desituras esse perspicuè confirmant(a): quæ ve-
morientem afferunt: Iram Dei mansuram sup-
esse ignem inextinguibilem, interitum aeternum,
Iudicium sine misericordia, pronunciatum
extremo dæ abiectum maledictos in supplicio.
Quod si itaq; homines damnati usq; in aeternum
lumen & Diaboli in secula seculorum crucia-
tandem erunt salvandi, aut quis finis penitentie ipse
N. g; est, ut quis cavilletur, vocabulum aeternum
lumen sine fine perpetuitatem, sed periodicam
temporis limitatam diuturnitatem denotare. In
questione accommodari non potest: siquidem
quam convincetur, quod pænae damnatorum
ræ sint, sed potius constat, nullam mutationes
summi iudicis, quo ad statum rerum futuram
aeternum, simpliciter in propria significatione
quid assumitur, profigmento reputamus.

2. Deinde & rationes contra prodigiosum hab-
tant. I. Quia damnatorum peccata mortaliæ
temporalia violant & contemnunt aeternum &
videlicet Deum, & aeternam vitam; iustissime
aeternis penitentiis puniuntur. Cum enim duplex si-
cundum intentionem acerbitatis, & secundus



the scale towards document

- a) Esa. 66. 24.
Ioh. 3. 36.
Matt. 3. 12.
2. Thes. I. 9.
Hebræ. 6. 2.
Iacob. 2. 23.
Matt. 25. 41.
Psal. 49.
Apoc. 20. 10.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]